Positiones selectae

ex universa

Medicina et Chirurgia,

quas

pro obtinendis summis ex utraque honoribus,

praeside

Josepho Augusto Schultes,

Med. Doct. ac Professore publico ordinar. etc.

publice defendendas suscepit

Julianus Josephus de Sawiczewski,

Polonus Cracoviensis.

Die 30. Julii 1818.

Loco et horâ consuetis.

Landishuti

typis Franc. Seraph. Storno.

Dissertatio inauguralis medica:

De Ferro.

Theses defendendae.

1.

Omnia metalla organismo humano heterogenea, minimum autem Mars.

2.

Usus externus Corticum nucum juglandium viridium in ulceribus herpeticis, cura interna neglecta, ignorantiam legum organismi vivi prodit.

3.

Ferrum candens interdum specificum remedium.

4.

Ferrum cum omni processus dynamici specie in intimo est commercio.

5.

Expansio iridis ampliationi pupillae, contractio illius hujus angustationi respondet.

6.

Nullum ulcus qua tale sanatur.

7.

Virtute medicamenti cognita modus illud praescribendi haud determinatur.

8.

Nec exstirpatio occulti nec aperti cancri tutum sistit remedium.

9.

Ob cariem ossis extremitatis cujusdam non illico amputandum.

10.

In Cachexiis plurimum ars, parum autem natura juvat.

11.

Peripneumonia vix sine Pleuritide.

12.

Nonnulli morbi solo regimine diaetetico sanantur.

13.

Ferrum intus sumptum nonnisi oxydo suo agit.

14.

Fons secretionum est sanguis.

15.

Applicatio unguentorum, linteis carptis exceptorum, vulneribus, ulceribus et s. p. ad obsoleta Chirurgiae pertinet.

16.

Honor medici multum etiam a Pharmacopoeo pendet.

17.

Tussis convulsiva proprium agnoscit miasma.

18.

Chemia recentior multum ad incrementum medicinae contulit.

19.

Partus artificialis forcipum ope minus, quam ille versionis, periculosus.

20.

Alopecia post tineam, et illa senilis insanabiles.

21.

Paralysis fidelis apoplexiae umbra, et vice versa.

22.

Febris lactea in puerperis est morbus sui generis.

23.

Chirurgi certior est ars.

24.

Quantitas mercurii ad sanandam syphilidem necessaria determinari nequit.

Quaestiones inaugurales.

I. Praesidis:

De morbis potatorum. Continuatio I.

II. Promovendi:

De Chlorosi.